



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

4. De forma Baptismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

hatur, dubitatur utrum baptismus valeat. Ex-
ma necessitatem non est taliter conferendus, in
necessitate si conferatur, remoto periculo postea
debet sub conditione repeti idem sentendum de-
infante pelle adhuc secundina circumdato, neque
vult baptismus si soli capilli abluantur, quia non
est propria pars corporis.

Materia
ost. Ephe.
Materia
atiua est,
onem de-
Ego te
in aquam
ablutione
st materia
u abluen-
aspergan-
fficitur
orpus ho-
corpus aut
a forma,
nu in vte-
ere possit
us. Non
re, vt in-
a, verum
fanti, sed
r, peccus
principuz
, pes ab-
luantur.

Non pertinet ad substantiam baptismi: Vtrum 4
conferatur per aspersionem seu affusionem aquae,
qua ablutione instituta a Christo non solum fieri po-
test immersando corpus, sed etiam aspergendo, af-
fundendo, neque immersio una vel tria ad substan-
tiam baptismi requiritur, sed cuiusque Ecclesie con-
futado seruanda est, excepto casu necessitatis.

Similiter prolem in puteum coniiciat cum ad §
iectaverborum forma, animo baptizandi pariter &
occidendi, quamuis grauiter peccet tamen baptis-
mus est validus. Nam sicut infans in aquam immer-
sus post prolatam formam a ministri manibus elab-
itur, vere baptizatus est, ita etiam si ex malitia im-
murgatur.

C A P. IV.

Forma Baptismi in Ecclesiis orientalibus est. Ego¹
te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus
sancti, Amen, sumitur ex Matth. 28. Baptizantes eos
in nomine Patris, &c. Ratio institutionis est, cum
baptismus sit primum sacramentum & introitus in
Ecclesiam Christi, oportet in eius susceptione ex-
pressum fidei Christianae professionem facere per
invocationem Dei Unius & Trini quippe cum hoc
sit primarium obiectum fidei Evangelicæ, nec non
causa principaliter efficiens regenerationem spiri-
tualem.

Ppp Ad

Ad substantiam formæ pertinet, ut tūm actus baptizandi, tūm persona baptizanda, tūm uitas trium personarum in diuinis significetur. Primum probatur ex institutione & praxi Ecclesiae. Et forma verborum in sacramento determinate debet materiæ eiusq; significationem formare, quare cum materiæ propinqua huius sacramenti sit actio ministri, videlicet ablution, necesse est, hanc actionem determinari his verbis (Ego te baptizo) quod videlicet non fiat corporis refrigerandi gratia, sed ordinetur ad internam animæ ablutionem virtute solennitatis ministerialiter operandam. In forma illa græcorum : baptizetur seruus Christi in nomine Patris, implicite significatur effectu sacramenti à SS. Trinitate confitit per eam, quam ipse metu simul exercet actionem ministerialem, videlicet ablutionem : sicut si legatus aliquis aut dispensator ex voluntate Domini suudēdi alteri equum dicat : Hic quis tibi datur auctoritate Domini mei, talibus verbis iunctis cum exteriore traditione implicite seu ipso facto significat traditionem sicut per hoc tuum ministerium. Vnde valet hæc forma: Baptizat te Christus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quia hic est sensus formæ græcanicæ, & ad essentiam formæ non requiritur, vt in ea seu explicite seu implicite significetur actio, prout à persona ministri procedit, modo nō etiam excludatur, quod fieri si dicas: Christus te baptizat, te absoluuit, nō ego, tali enim forma virtutis sacramentū. Nam cum forma sacramenti sit practica, significare debet esse etiū procedere tūm à Deo ut causa principalis, tūm à ministro ut instrumentali: secunda pars assertiōnis probatur: quod nūcum ad substantiam formæ pertinet, vt persona baptizanda signi-

ficiatur

actus bap-
nitas trium
um proba-
forma ver-
t materiæ,
m materi-
istri, vide-
etermina-
icet non fi-
etur adin-
itatis mini-
rum: bap-
implicite si-
te consenti-
tionem mi-
i legatus-
im iuris-
tur autho-
cum exte-
significat
um. Vnde
omine Pa-
lensus for-
n requiri-
ficeut a-
odo noet-
ste bapti-
atur sacra-
istica, si-
Deo ut cau-
i secunda
ad substâ-
ida signi-
ficeris

actus. Quia forma verborū debet determinatè si-
gnificare & sum, qui est ablutio, consequenter debet
significare & exprimere patiens seu subiectū, quip-
pe ex quo ipse actus baptizandi seu ablutio determi-
nationem suam accipit. Deinde ideo debet altera
persona baptizanda exprimi, vt appareat distinctio
personarum baptizantis & baptizandi, & nemo à se
baptizari potest. c debitum de baptismō. Vnde
dictum apparet, quod non ita necessarium sit, vt
informa directè significetur seu exprimatur perso-
na baptizans, sicut necessarium est exprimi perso-
nam, quæ baptizatur. Ratio est: quia forma baptis-
mi exprimere debet materiam propinquam, quæ
ablutio. Ea autem magis determinatur à subiecto
in quo recipitur quam ab agente à quo procedit.
Vnde si plures simul vnam personam baptizant, v-
nus baptismus, si vnum plures baptizat, dicens, Ego
vos baptizo, plura sunt baptisata.

N.B. Non valet baptismus, in nominibus Patris,
quia debet significari Unitas trium personarum in
uniuersitate.

Ad valorem sacramenti baptismus non sufficit p-
SS. Trinitatis implicita nominatio, sed requiritur
expessa. Prob. ex institutione Christi, Matth. 28.
Ratio institutionis, quia cum baptismus sit sacra-
mentum fidei & introitus in Ecclesiam Christi, o-
portet habere implicitam fidem trium personarum
in diuinis: Ergo etiam eiusdem fidei in baptismō
explicita professio fieri debet.

N.B. Illud axioma. Expliciti & impliciti eadem
viris est, nullum locum habet in sacramentis,
quippe quæ ex propria institutione signa exprimen-
ta esse debent.

P pp 2 Dubium

4 Dubium est, an valeat baptismus collatus in nomine genitoris, geniti & procedentis ab utroque, pro affirmativa sententia. Est ratio, quod formæ essentia consistat in significatione: verba autem illa genitor geniti, &c. non mutant significationem verborum: pro negante est, quod credibile sit Christum pro forma sacramenti, adeo necessarii in quo & fidei Christianæ professio fieri debet, instituisse ac determinasse talia verba, quæ in quavis lingua ad SS. Trinitatis mysterium significandum communiter ab Ecclesia usurpati soleant: Talia autem in Romana lingua sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus: sed cù de priori bapismo non satis constet, Baptismus collatus in tali casu sub conditione est reperendus.

5 Ad essentiam formæ spectat ut vocabulum in nomine exprimatur, quia per illud significatur notam virtus, sed etiam invocatio & professio unius Dei, quod si illud, in nomine, ad quamvis personam usurpetur, videtur in praxi sub conditione baptismus iterandus eò quod non satis videatur exprimi vius diuinitatis essentia v.c. Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus sancti.

6 Accidentales mutationes formæ baptismi (v.c. si omittas Ego, aut transpositio fiat: Te ego baptizo: Item si persona transponatur si modica verborum interruptio fiat propter tussim, expusionem, aut si superflua addantur, v.c. Ego Iohannes baptizo in nomine Patris omnipotentis) administrationem illicitam reddunt. Excepto casu necessitatis. Quod si nomine B. Virginis addatur tanquam aduocaticis, illicitum id est contra Ecclesias confutudinem, sed valet: Irritus est baptismus, si inuocatur nomine B. Virginis Mariae, tanquam allatricis gratia.

C. A.